



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 60. De Fœdere cum Venetis actum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæc. XVI. Abduæ flumini impositis adjiceretur. II.
A.C. 1513. Carolus Archidux Renatam de Francia
 secundo genitam Ludovici XII. filiam si-
 bi connubio jungat, eidemque Mediola-
 nensis Ducatus, quamprimum recupera-
 bitur, dotis nomine tradatur. III. Si
 Ludovico Regi nulla proles mascula na-
 scatur, eadem Renata in Regis Christia-
 nissimi jura, quæ in Neapolis Regnum
 habet, succedat. IV. Denique Sponsa
 mox ad Cæsaris aulam deducatur. Lu-
 dovicus, postquam hic Legatus respon-
 sum retulerat, quantocius Senatores suos
 convocavit, qui tamen in diversas abie-
 re sententias, atque inter eos Stephanus
 Poncherus Senonensis Archiepiscopus
 exposuit, quod Cæsar non ita pridem
 Gallorum foedera sprevisset, proin exi-
 guum ab eo præsidium sperandum, ac
 nequidem de nova armorum societate
 cum illo agendum foret. Prævaluit hæc
 Archiepiscopi sententia, potissimum eo
 nomine, quod Regina Renatam Filiam
 suam, saltem nisi per ætatem Viro matu-
 ra esset, ad Cæsarem abduci, constan-
 ter negaret.

§. LX.

De fædere cum Venetis actum.

Guic. l. xi. Soli supererant Veneti, qui primi ad san-
 ciendam cum Gallis concordiam ul-
tre

A.C. 1513.

tro sese offerebant: Unde Trivulcius Sæcul. XVI.
Marescallus, & Ministrorum præcipui
summis precibus Regem urgebant, ut
Reipublicæ consiliis acquiesceret; aje-
bat enim firmius in Venetis præsidium
collocari, quam in Cæsare, eoquod hu-
jus mutabilitas, atque animi inconstan-
tia omnes sibi foederatos continuo suspen-
sos teneret: Ex adverso Sanfeverinas
Cardinalis censebat, Venetis omnino ne-
glectis cum Maximiliano agendum esse.
Eius tamen sententia, quamvis cetero-
quin auctoritate apud Gallos plurimum
valeret, minime acceptabatur, sed serio
postea cum Venetis agi cæptum est:
Ceterum Papa, & Rex Catholicus ejus-
modi consilia evertere nequicquam co-
nabantur; aliunde vero satis perspectum
habebant, quod Sfortia, Venetis arma
sua Franciæ jungentibus, minime Medio-
lani Ducatum tueri posset; hinc Re-
gis Catholici Legatus adeo dextre Gur-
censis Episcopi animum inclinabat, ut
Cæsar, suadente ipso Præfule, juribus
suis cederet, Venetisque Vicentiam re-
linqueret, cuius rei faustum nuncium i-
pse Gurcensis Venetas detulit; verum
Respublica ardenter ejus amicitiam ex-
quirentium studio elatior, etiam Vero-
nam sibi redi postulavit, quinquo Ve-
netis fidem Rex Catholicus fecit,
se auctorem fore, ut Cæsar in hæc pa-
sta

Sæcul. XV. Ita consentiret, eoquod ipse eidem du-
A.C. 1513. centa quinquaginta aureorum millia per-
 soluturum spopondisset. Hæc omnia in-
 scio Pontifice gesta fuere, ac forte Cæ-
 sarem inter & Venetos pacis negotium
 omnino confectum fuisse, ea tamen le-
 ge, ut iis Vicentia relinquetur, ac Ve-
 rona redderetur, obstitit tamen inopina
 mors, quæ Julium Papam vivis eripuit.

§. LXI.

Sessione V. Concilii Lateranensis.

Eadem die, ad quam Julius Papa quin-
 tam Lateranensis Concilii Sessionem
 indixerat, decima sexta Februa-
 rii celebrata est, cui tamen sum-
 mus Pontifex morbo præpeditus non in-
 terfuit, quapropter Cardinalis S. Georgii
 Episcopus Ostiensis ejusdem vices sup-
 plevit. Fuit celebrata Missa de Spiritu
Collect. Conc. Labb. to. 14. Sancto per Alphonsum Patriarcham An-
p. 110. & seq. Extat. in tiochenum in Altari, quod propter Pon-
tificis absentiam mutatum est, ita, ut
att. Conc. Later. Sess. V.t. 4. p. 2. p. 47. edit. Binii.
 celebrans faciem ad Concilii Patres ver-
 sam haberet. Postea Oratione per Si-
 pontinum Neapolitani Regni Archiepis-
 copum habita, Cardinalis Ostiensis ac-
 cessit ad Aram, sedensque ante illam,
 Pontificali habitu ornatus, dorsum ad
 Altare, vultumque ad Concilii Patres
 tenens incepit hymnum, *Veni Creator*
 &c.